

* P * V * I * S *

* 1 * 6 * 2 * 4 *



- I. Eximius Theologicum Augusto Principi Anhaltino Nuptias celebranti con-
secratum à M. Zacharia Wemmergero.
- II. Causarum coniectio, quibus moti Status Regni Bohemiae ad Novum
Regis Electionem processerunt.
- III. Secretissima Instructio Frederico V. Electori Palatino data.
- IV. ~~Summa~~ ~~Refugior~~ ad Christianum Daniae Regem Joan. Angelum.
- V. Soteria Academiae Witebergensis Johanni Georgio Electori Saxae soluta.
- VI. Idea Principis Boni seu Oratio de vita et Obitu Johannis Georgii Princi-
pis Anhaltini M. Meeri Frederici Wendelini.
- VII. Panegyricus Parentalis Rudolpho Principi Anhaltino de. Fur. & Eodem.
- VIII. De Vita et Obitu Johannis Georgii Principis Anhaltini D. Cyriaci Herdssami.
- IX. Narratio Uborum de Johanni Georgio Principi Anhaltini vita et Obitu.
- X. Halitodonia Tremulae Francofurtanae D. Cyriaci Herdssami.
- XI. Casparis Romani Evergetes Christianus de Vita et Morte Georgii
de Schonauich.
- XII. De Industria et Studio Laboris M. Samuelis Dresemii.
- XIII. De Aeris Salubritate et Studiorum Commotitate in valle Fracimmi-
ca Eiusdem.
- XIV. De Crastione, Utrum Literarum Cultoribus sit peregrinatio?
- XV. De Origine et Incrementis Cottoniae M. Benedicti Ambrosii.
- XVI. De Vita et Morte Joachim Strabusii Wilhelmi Strasburgi.
- XVII. Iusta Funeraria Johannis Everhardi inchoato tumere sublata.
- XVIII. Programmata Publicum Academiae Francofurtensis.
- XIX. Inuitatio Publica ad Doctoratum D. Cyriaci Herdssami.
- XX. De Ratione Status et Prudentia Regnatricis Martini Milagii.
- XXI. De Spiritibus Familiaribus.
- XXII. Solemne Funus Octavianij de Schlieben
- XXIII. Exequis Solemnes Johanni Christophori Herdssami.

A N N I
C I O . I O . C X I V .
E X E R C I T A T I O N E S

Æ S T I V Æ

Lectiōibus
Disputatiōibus
Declamatiōibus.

Publicis

In Electorali Gymnasio
Vallis Joachimicæ

adornata;

Porro agenda innuuntur

Plato VI. de legibus.

Ὁ μὲν ἄνθρωπος τυχὼν παιδείας ὀρθῆς καὶ φύσεως εὐ-
χῆς, θεότατον ἡμερότατόν τε ζῶων γίνεσθαι φιλεῖ.
Μὴ ἰκανῶς δέ, ἢ μὴ καλῶς τραφέν, ἀγριώτατον μὲν,
ὅποσα φύσι γῆ.

Homo si cum felici ingenio rectam institutionem fuerit affe-
cutus, divinissimum & mansuetissimū animal red-
di solet; si vero vel non satis, vel non recte institua-
tur, ferocissimum & maximè indomitum omnium,
quæ fert tellus. &c.

Frankofurti ad Oderam

Excudebat Fridericus Hartmannus Typogra-
phus & Bibliopega, Anno M. DC. XIV.

tando percurrit, post memoriæ manda-
ri iussit. Erit, propter Tyrones in hac
scientia, explicatio illius compendij in
aures potius quam calamū iterum mit-
tenda, & peritioribus utilissi: libr. 4. A-
ristotelis de partibus animalium, quam
succinctè poterunt, in periochas con-
trahendi ac proponendi. *Conrektor.*

IN ETHICIS.

Librum septimum de virtute Heroica,
Imperfectis virtutibus & Voluptate
cum dimidia parte libri octavi de Ami-
citia absolvit, Græcum Aristotelis tex-
tum cum Golio conjunxit. Perget in
sequentibus. *Rektor.*

In lingua Latina eaquè soluta.

In oratione pro Q. Roscio Comædo
quæ quidem injuria temporis reman-
sere junctis primariis & secundariis ex-
plana-

planavit, τὰ ξῖν & ἰσημερίαν notavit, præcepta politica & historica excerpfit, omnia ad usum accommodavit: deinceps ad Divinationem in qua de accusatore in C. Verrem constituendo deliberatur, se accinxit, simili methodo eam absoluturus
Subrector.

IN LIGATA.

PLauti Pseudolum ad finem ferè perduxit: elegantias latinæ linguæ & cognitionem antiquitatis, cum œconomia Comica præcipuè attendit. *Rektor.*

Ex Virgilio primum Æneidos librum pertexuit, quæ ex Homericis fontibus derivata, conjunxit Virgilianis & de his utriusq; Poeseos principibus, judicium Scaligerianum, ut decuit, adhibuit, quo Poetarum figmenta tendant, monuit, & præcipua in Imitationem traxit: ad secundum librum gradum producturus est. *Corrector.*

In Græ-

His finitis accedet ad explicationem locorum communium Philippi, de quib. audi iudicium Lutheri: Plus, inquit, eruditionis & doctrinae est in locis communibus Philippi, quam in omnibus scriptoribus tum Ecclesiasticis tum scholasticis. Et uno loco plus est Theologiae, quam in omnibus commentariis Hieronymi. Quare iste liber sit vobis commendatus, & diligenter legite. Hucusq; Lutherus. *Pastor.*

IN LOGICIS.

Argumentationem probabilem ex Topicis Aristotelis, quoad problema Proprii, accidentis simplicis & comparati proposuit: Domini Philippi librum quartum illis subiunxit, ad locum antecedentium & consequentium substitit; Argumentis textum quantum fieri per temporis angustiam potuit, coniunxit, & publicis disputationibus eadem excutienda

tienda proposuit. Perget in sequenti-
bus & libros Elenchorū Sophisticorum
illis subjunget. *Rector.*

IN RHETORICIS.

DOctrina Tactica ad finē deducta, per-
rexit ad Elocutionem, ejusq; partes,
elegantiam inq; ea latinitatem & perspi-
cuitatem, cum doctrina de Ornatu & di-
gnitate, usq; ad *χρήματα λέξεως καὶ διανοίας*, sele-
ctis, ex optimis autoribus tam Græcis
quam Latinis, exemplis quam plurimis,
& ad Imitationem propositis pervenit.
Cetera subjunget cum doctrina de com-
positione, Periodo, Rhythmo. *Rector.*

IN PHYSICIS.

EPitomen brevem. Physices ex libris
Aristotelis, ipsius autoris lingua &
verbis incorruptis collegit, & in com-
munem partem ac propriam distribuit,
capita eius singula explicuit, & dispu-

A 3

tando

EXERCITATIONES
Primæ Classis.

IN THEOLOGICIS.

D Er hoc semestre absolvit
diligenti expositione &
repetitione primam Epi-
stolam catholicam D. Jo-
annis Apostoli & Evan-
gelistæ, qui ut Augustini
verbis utar, inter omnes discipulos su-
per pectus Domini discūbebat, & quem
DEUS, charitatem debens omnibus, præ
cæteris diligebat. Unde nobis triplex
nota & tessera veræ & vivæ fidei innotu-
it: prima vitare peccata, altera cavere
Pseudopphetas, tertia fratrem amore
prosequi. Postea inchoabit *ἐάνπερ ἠτιθέ-
ται ὁ θεός* secundam & tertiam Epistolam.
D. Joannis priori diligentia & methodo.

In Græca eaq; solu-
ta Lingua.

HAlonesiaca Demosthenis absoluta,
Æschinis nobilem illam Orationem
contra Ctesiphontem & Demosthenem
inchoavit: quæ ad causam ipsam spe-
ctant ex Libanio & Ulpiano interprete
præmisit. Rationes Æschinis & Demo-
sthenis inter se contendit: Atticæ Dia-
lecti elegantias commonstravit: in illa
perget. *Rector.*

IN L I G A T A.

ILiados Homericæ *ῥαψῳδίας* autem de-
duxit ad finem, quæ ridiculè se ad qui-
etem & somnum Dij finguntur compo-
nere, ubi quæ ad Græcam faciunt lin-
guam, excussit, quæ ad vitam commu-
nem spectant subnotavit, & quam mise-
rabiles gentilium Deastri sint habiti vi-
dit, æmulumq; Homeri Virgilium undi-
què

què Comitem adscivit, & carmen ipsum
memoriæ audientium commendavit,
materia imitationum nunquam non ad-
dita, nunc ad librum sequentem progre-
dietur. *Corrector.*

IN SOLUTA.

CRusij Grammaticam Græcam absol-
vit, doctrinam de Dialectis nominum
ac verborum addidit: è re erit discentum,
ut denuo eandem auspicietur. *Corrector.*

In Lingua Hebraica.

EX Hebræa Grammatica, Schindleri
docuit inflexionem verborum perfe-
ctorum, Defectivorum, quiescentium
usq; ad quartum ordinem quiescentium
Ain Vau, cum incipientibus legendi ra-
tionem, cum majoribus usum præcepto-
rum in Psalmo 3. 4. 5. exercuit: Gram-
maticã deinde absolvet & præcepta Psal-
morum sequentium expositione illustra-
bit, *Corrector.*

B

SECVN-



Secunda Classis.

IN THEOLOGICIS.

IN opere salutis augustissimo adhuc persistit, & ad illud plenè cognoscendum eâ quâ fieri potest docendi dexterritate & perspicuitate juventutem adducit, in eodem locos de Justificatione, de bonis operibus & persona CHRISTI accurate à Reverendo Domino D. Pelargo pertractatos absolvit, reliquos eadem explicandi via subnexurus. *Subrektor.*

IN DIALECTICIS.

PRimum & secundum librum Dialectices Philippææ absolvit, tertium ad caput de Syllogismo expositorio deduxit, & exemplis potius, quam commentarijs illustrare præcepta studuit, proximo semestri & libro Quarto colophonem additurus est. *Corrector.*

IN

IN RHETORICIS.

E Rotematum breviorum Lofsij librum
secundum aliquantò uberius propo-
fuit, additis exemplis, Numero oratorio,
Tropore ac schematum pluribus modis,
pro captu tamen & ὡς ἐν τύπῳ: librum pri-
mum etiam utilib. ac necessarijs *περοδῆκας*
auxit: permutatis auditoribus, eundem
autorem prælecturus. *Subrektor.*

IN MUSICIS.

IN Musicis usq; ad doctrinam de Inter-
vallis pervenit, progressum facturus
pari dexteritate in his & reliquis quæ
absolvenda sunt, divina annuente gra-
tia. *Cantor.*

In Lingua Latina

eaq; soluta.

GRammatices alteram partem Synta-
xin fideliter inculcavit, primò nude
regulas percurrendo, dein congruentiam

B 2

ac dif-

ac differentiam cum Syntaxi Græca Pof-
felij notando, & devenit ad Syntaxin
verborum: in fequentibus eandem ad-
hibiturus operam. *Subrektor.*

Sedecim Epiftolarum Ciceronis libri
noni ad familiares ufum, monftravit,
Grammaticum, Dialecticum & Rhetori-
cum. *Cantor.*

In Oratione Ligata.

ANdriam Terentij abfolvit, Eunuchum
exorfus eft, puritatem & elegantiam
latini fermonis obfervavit, ἀναλυτικῶς rete-
xuit, ac præcepta vitæ felegit, in actus 3.
fc. 1. curfum fiftit, postmodum confectu-
rus. *Subrektor.*

In lib. 1. Æneidos Virgilianæ Veneris
& Æneæ varios dialogifmos, in reginæ
Didonis novi operis molitione & Tro-
jani belli pictura πάθη Æneæ, eiusdem fo-
ciorum cum Didone, Didonis cum feciis
& Ænea fermocinationes enarravit, ubi-
quæ

què Poetæ tropicos verborum flexus & sententiarum schematismos sedulò advertit, Mythologica & Historica cum opus infertavit, quæ restant paucula additurus & lib. 2. inchoaturus. *Subrektor.*

In lib. 3. Georg. Virgilij explanatione jam versatur: operam daturus, ut eò citius istum librum explanando absolvat.

Diaconus.

In Græca Lingua.

IN Grammatica Crusij verba circumflexa in MI, & anomala docere cepit, formationem temporum constanter urfit, elementa priora succedentibus alijs repetijt, imò Etymologiam integrè pertexuit, mox eadem diligentie vestigia pressurus. *Subrektor.*

Orationem Isocraticam, cuius titulus Nicocles, finivit: Plutarchi aureum libellum de puerorum educatione felicibus auspicijs aggressus, primumq; caput

B 3 dege-

de generatione, usum Etymologicum & Syntacticum monstrādo *συνοψίας* methodi synopticè comprehendendo, ad finem perduxit. In altero de Institutione versatur, cuius terminum, ut attingat, allaborabit. *Subrector.*

Præceptionum Grammatices usum, in Evangelijs Dominicalibus ostendit. *Cantor.*

Classis Tertia.

IN THEOLOGICIS.

Compendium Domini D. Pelargi consueta methodo iterum absolvit. Id quod proximè cum *DEO* auspicabimur. *Cantor.*

In Lingua Latina in.

Grammaticis.

Syntaxin & Prosodiam Domini Philippi ad finem perduxit, initium factururus de Etymologia. *Cantor.*

IN

IN SOLUTA.

IN Lælio usq; ad primum gradum Amicitiae pervenit. *Cantor.*

Ciceronis librum quartum Epistolarum ad familiares exposuit, eiusdenique usum Grammatices & Syntaxeos repetitione ac textus imitatione demonstravit. *Diaconus.*

Dialogorum sacrorum Castellionis libri Quarti & ultimi expositionem & repetitionem usque ad Apostolica acta deduxit: Illa quæ adhuc reliqua sunt, brevi absoluturus est. *Diaconus.*

Compendium Erasmi de morum civilitate exponendo, repetendo juxta Etymologiam ac Syntaxin & memoriæ instillando ad finem pertexuit & rursus ab initio inchoavit & partem aliquam absolvit. *Organicen.*

IN LIGATA,

Phor-

PHormionem Terentij publicè exhibuit, & in Hecyra usq; ad actum secundū perrexit. *Cantor.*

Absolutis Eclogis Virgilij, aggressus est Georgica, in quibus non minimam partem exponendo, quantitatem syllabarum ostendendo, & figuras regulasq; Syntaxeos examinando, absolvit. Insequentibus idem eadem methodo præstiturus est. *Organicen.*

In Græca Lingua.

GRammaticæ Græcæ finem imposuit, quam ab initio explicandam, *DE O* dante, resumet. *Cantor.*

Evangelia græca & latina horis consuetis exposuit, & Grammaticè repetijt. *Diaconus.*

In Arithmetiis:

PRæterlapso hoc semestri regulam proportionum sedulo tractavit, sed propter

pter novitios iterum de novo Piscatoris
Compendium inchoare & priores spe-
cies monstrare coactus est. *Organicen.*

IN MUSICIS.

IN fundamentis & præceptis, quæ ad
canendum necessaria, Tertianos in-
struxit: pari ratione in modulando
progredietur. *Organicen.*

CATALOGVS DISPUTATIONUM ET DECLAMATIONUM æstivarum.

28. *Maij* de primis duobus generibus
Communicationis idiomatum in Chri-
sto, respondentis partes præside *Domine*
Pastore sustinuit *Georgius Krukenber-*
gus.

4. *Iunij* De virtutibus intellectuali-
C bus

bus Præsides *Domine Subrectore*, Thomas
Crusius.

18. *Iunij* de Plantis Præsides *Dn. Conre-
ctore* Theodorus Hoffmannus.

25. *Iunij* De tertio genere Communi-
cationis Idiomatum in Christo Præsides
Dn. Pastore, Hieronymus Brunneman-
nus.

2. *Iulij* de Prudentia Præsides *Dn. Sub-
rectore* Christophorus V Vachtmannus.

9. *Iulij* De animalibus sentientibus
cum ratione & sine ratione sub præsidio
Dn. Conrectoris Christophor. Flörichius.

23. *Iulij* De Sacramentis in genere
Præsides *Domine Pastore* Matthias Hop-
pius.

30. *Iulij* De virtute Heroica Præsides
Domine Subrectore Christianus Pelargus.

6. *Augusti* De anima in genere Præ-
sides *Domino Conrectore* Fridericus Ludo-
vicus à Borgstorff.

13. Au-

13. *Augusti* De problemate propriij &
accidētis Præsīde *Dn. Rectore* Ludolphus
à Mandelslo.

20. *Augusti* de Baptismo Præsīde *Dn.*
Pastore Samuel Gloxinus.

27. *Augusti* de anima sentiente Præ-
sīde *Dn. Conrectore* Laurentius Albinus.

3. *Septembr.* de differentia, Etymolo-
gia, Divisione, toto & partibus præside
Domine Rectore Tobias Kettelbôter.

10. *Septembr.* De verbis Coenæ Domi-
nicæ Præsīde *Dn. Pastore* Thomas Meer-
katzius.

DECLAMATIONUM INDEX.

25. *Maij* Demosthenis de Haloneso
recitabat Thomas Crusius.

28. *Iunij* Proloquium colloquij, quod
Minutius Fœlix Octavio inscribit de

C 2

Chri-

Christiana religione recitabat *Rudolphus à Mandelsloe.*

Eiusdem orationē Cæcilio datam contra Christianos recitabat Georgius Crukenbergius.

15. Iunij Hymnū vide de Spiritu Sancto recitabat *Christophorus VVachtmanus & Hieronymus Brunnemannus.*

29. Iunij Apologiæ primam partem pro Christianis nomine Octavio à Minutio Felice insigniter erudite conscriptam recitabat *Thomas Crusius.*

6. Iulij, Posteriores partem eiusdem Orationis recitabat *Theodorus Hoffmannus.*

13. Iulij, Orationem Ciceronis pro Roscio Comædo recitabat *Michael Poppius.*

20. Iulij Artes præferendas esse scientijs oratione confirmabat *Tobias Kettelbuter*: Negabat *Elias Nöslernus.*

27. Iulij

27. Julij, Artem metallicam recte
exerceri affirmabat *Laurentius Albinus*,
negabat *Thomas Meerkatz*.

3. Augusti Orationem Ciceronis con-
tra Salustium recitabat *Theodorus Rie-
seberg*, Salustij contra Ciceronem *Ioannes
Menianus*.

10. Augusti, Studium Theologicum
oratione commendabat, *Ioannes Prato-
rius*.

31. Augusti, Laudes Fundatoris Illu-
strissimi post celebrata encoënia oratio-
ne græca decantabat, *Georgius Kruken-
bergius*.

Latinâ eaque ligatâ, *Thomas Cru-
sius*.


7. Septembris, Tertulliani eruditum
carmen de Eversione Sodomæ & Go-
morrhæ recitabat *Ioachimus Tiele*.


C 3

1. Die

1. Die Bartholomæi *beneficiorum* in
erectione huius *Gymnasij* *Marchie* ab
Illustrissimo Principe *prestitorum* *piam*
recordationem *publica* *habita* *oratione*
instituebat. SUBRE-
CTOR.

F I N I S.







Nh 122




ULB Halle 3
002 714 272



St

1017





30. 29

A N N I
C I O . I O . C X I V .
EXERCITATIONES
ÆSTIVÆ

Lectiōibus
Disputationibus
Declamationibus.
Publicis

In Electorali Gymnasio
Vallis Joachimicæ

adornata;
Porro agenda innuuntur
Plato VI. de legibus.

Ὁ μὲν ἀνθρώπου τυχὼν παιδείας ὀρθῆς καὶ φύσεως ἄτυ-
χῆς, θεότατον ἡμερότατον τε ζῶων γίγνεσθαι φιλεῖ.
Μὴ ἰκανῶς δέ, ἢ μὴ καλῶς τραφέν, ἀγχιώτατον μὲν,
ὅποσα φύσι γῆ.

Homo si cum felici ingenio rectam institutionem fuerit affe-
cutus, divinissimum & mansuetissimū animal red-
di solet; si vero vel non satis, vel non recte institua-
tur, ferocissimum & maximè indomitum omnium,
quæ fert tellus. &c.

Francofurti ad Oderam
Excudebat Fridericus Hartmannus Typogra-
phus & Bibliopega, Anno M. DC. XIV.

